Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



REGVM.

Israel. Et pauerunt Ahyon. et Dayr. et
Abel domum Maacha. et omnem Ceneroth. omnem terram Neph
thalim. Ad hanc audiens Baasa. in
termisit edificare Rama. et restitit in Thersa. Rex autem Asa misit nuntios omnem Iudam dicens. Nemo sit ex
cusatus. et tulerunt lapides Rama
et ligna eius. quibus edificauerat Baasa. et extruxit ex eis rex Asa. Gabaa
Benyamin. et Maspha. Reliqua autem omnium sermonum Asa. et universe
fortitudinis eius. et cuncta quæ fecit
et ciuitates quas extruxit. nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum
Iuda. Verumtamen in tempore senectutis suæ
doluit pedes. et dormiuit cum patribus
suis. et sepultus est cum eis in ciuita
te David patris sui. Regnauitque Io
saphat filius eius pro eo. Nadab
filius Ieroboam regnauit super
Israel anno secundo Asa regis Iuda. Reg
nauitque super Israel duobus annis. et fe
cit quod malum est in conspectu domini.
Et ambulauit in uiis patris sui
et in peccatis eius quibus peccare fe
cerat Israel. Insidiatus est autem ei
Baasa filius Ahyia. de tribu Issa
char. et percussit eum in Gebethon.
quæ est urbis Philistinorum. Siquidem
Nadab et omnis Israel obsedebant
Gebethon. Interfecit igitur illum Baasa
in anno tertio Asa regis Iuda. et
regnauit pro eo. Cumque regnasset
percussit omnem domum Ieroboam.
non dimisit me una anima de semine eius. donec deleret eam
iuxta uerbum domini quod locutus fuerat
in manu serui sui Ahie. silonitis. Ut
peccata Ieroboam quæ peccauerat
et in quibus peccare fecerat Israel. et ut
delictum quo irritauerat dominum deum
Israel. Reliqua autem sermonum Nadab.
et omnia quæ operatus est. nonne hæc
scripta sunt in libro uerborum dierum
regum Israel. Fuitque bellum inter Asa
et Baasa regem Israel. cunctis diebus
eorum. Anno tertio Asa regis Iuda re
gnauit Baasa filius Ahia. super om
nem Israel in Thersa. xxiiii. annis.
et fecit malum coram domino. am
bulauitque in uia Ieroboam. et in peccatis eius. quibus peccare fecit Israel.

Factus est autem sermo **XVI.**
domini ad Iehu filium Anani. et
Baasa dicens. Pro eo quod exalta
ui te de puluere. et posui te ducem super
populum meum Israel. tu autem ambulas
in uia Ieroboam. et peccare fecisti
populum meum Israel. ut me irritares
in peccatis eorum. Ecce ego demetam
posteriora Baasa. et posteriora domus
eius. et faciam domum tuam sicut
domum Ieroboam filii Nabath.
Qui mortuus fuerit de Baasa in ci
uitate comedent eum canes. et qui
mortuus fuerit ex eo in regione co
medent eum uolucres cæli. Reli
qua autem sermonum Baasa. et quæcumque
fecit. et potentia eius. nonne hæc scripta
sunt in libro uerborum dierum Israel.
Dormiuitque Baasa cum patribus
suis. sepultusque est in Thersa. et regnauit Hela filius eius pro eo. Cum
autem ad manum Iehu filii Anani prophetæ uerbum domini factum esset contra
Baasa. et contra domum eius. et ob omne malum quod fecerat coram domino
ad irritandum eum in operibus ma
nuum suarum. ut fieret sicut domus
Ieroboam. obliane causam occidit
eum. hoc est Iehu filium Anani pro
phetam. Anno uicesimo. vi. Asa re
gis Iuda. regnauit Hela filius Ba
asa super Israel in Thersa duobus annis.
Et rebellauit ei Zamri. dux medietatis equitum.
Erat autem Hela in Thersa bibens et
temulentus in domo Arsa
præfecti. Ingressus igitur Zamri percussit et
occidit eum. anno uicesimo. vii.
Asa regis Iuda. et regnauit pro eo.